UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Juliano episcopo. Cap[itulum]. xxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

obdormiuit:vidit ꝙ in ſomnis beatam agnetē: eam vt cōſtanter ageret et in chriſtum crederet exhortantem:atꝙ ipam ſanam effectā ab eius egritudine nunciantē. Ad hanc vocē vigilans conſtātia ſe perfecte ſanatam inuenit:adeo vt nec in mēbris eius ſignū alicuius vulneris remaneret. Quod pater cernens ⁊ fratres maxima leticia repleti ſunt. Quorū licentia obtēta: conſtantia baptiſmū ſuſcepit:⁊ votū virginitatis emiſit. Et ſupra tumulū beate agnetis monaſterium fabricauit:⁊ ibidē dn̄o ſeruiens cuꝫ multis virginibus ſe incluſit. Que poſt vitam laudabilē ad dominū migrauit:⁊ iuxta corpus beate virginis ſepulta fuit.

¶ De ſancto Juliano epiſcopo. Cap.xxxv.

IUlianꝰ cenomanen̄. epus fuit. Hic ſimon ille leproſus fuiſſe dicit: quē dn̄s a lepra ſanauit: ⁊ qui eum ad conuiuandū inuitauit. Qui poſt aſcenſionē domini ab apoſtolis cenomanen̄. epiſcopus ordinatus eſt. Qui etiā multis clarus virtutibus extitit. Nam cuſpide baculi ſui terrā percutiens ſitienti populo fontē produxit. Cecū quoꝙ illuminauit:⁊ carceratos ſe inuocantes: ſponte apertis ianuis liberauit. Tres etiā mortuos vt dicitur ſuſcitauit:⁊ poſtmodū in pace quieuit. v.kalen.februarij. Hic fert ab aliquibus fuiſſe de.lxxij.xp̄i diſcipulis vnus. Diciturꝙ eſſe ille Julianus: qui ab itinerantibus pro inueniēdo bono hoſpitio inuocat:eo ꝙ in domo eius xp̄s fuerit hoſpitatus. Sed verius videt alius Julianus: qui vtrūꝙ parentem ignoranter occidit:de quo dicetur.ij.idus februarij.

¶ De ſancto iuliano confeſſore fratre iulij. Cap.xxxvi.

IUlianus alius frater btī iulij fuit. Hi duo fratres a theodoſio imperatore xp̄ianiſſimo obtinuerunt templa deorum vbiꝙ reperta deſtruere:⁊ eccleſias edificare: mandauitꝙ imperator omnibus predictos fratres adiuuare:⁊ eis in omnibus pena capitis obedire. Cuꝫ ergo ſancti Julianus ⁊ iulius in loco dicto gaudianū eccleſie conſtruerēt: ⁊ eos mandato imperatoris omnes tranſeuntes iuuarent: quidā cum curru eūtes adinuicē cōdixerunt: aliquā excuſationē pretēdere:vt ſic liberi poſſent pertranſire:vnum igitur ex ſuis in plauſtrum ſupinum poſuerunt:⁊ eū pannis vt mortuū cooperuerunt:qui ſe mortuum fingebat ⁊ oculis clauſis ſupinus iacebat. Cū ergo ad iulianū ⁊ iuliū perueniſſent rogauerūt eos vt parū perſiſterēt et eos in opere iuuarent. Qui ſe ibi ſtare non poſſe dicebant:qm̄ hominē mortuū deferebāt. ⁊ dū ſanctus iulianus eos mentiri diceret illi ſe verum dicere affirmabant. Qui deū imprecatus eſt: vt ſm̄ veritatem dicti ſui ſibi contingeret. Tuncꝙ procul receſſerūt collegā ex noīe vocare ceperunt. Qui cuꝫ nullatenus moueret pulſari ab eis cepit: ⁊ finaliter mortuus apparuit. Quod ceteri videntes timuerunt: nulliꝙ deinde xp̄i famulos decipere preſumpſerunt.

¶ De ſancto Juliano ſabba confeſſore. Cap.xxxvij.

IUlianꝰ heremita cognomento ſabba fuit. De quo dicit theodorus in hyſtoria tripartita: ꝙ angelicā vitā in terris deducebat:⁊ in heremo conſiſtens contēplationi ⁊ orationi vacabat. Hic per ſpiritum cognouit ⁊ predixit obitū iuliani apoſtate imperatoris:longe.xx. dietis poſitus ab eo loco vbi interfectus fuit. Qđ vt prenūciauerat ſic cōtigiſſe repertū eſt.

¶ De ſancto Juliano confeſſore. Cap.xxxviij.

IUlianus alius cōfeſſor fuit:de quo ait gēnadius libro de viris illuſtribꝰ: ꝙ acer ingenio ⁊ facundia extitit: diuinis ſcripturis doctus: greca ⁊ latina lingua ſcholaſticus et inter doctores eccleſie clarus. Hic ſcripſit aduerſus auguſtinuꝫ eius impugnatorem libros quattuor:⁊ iteruꝫ aduerſus alios hereſiarchas libros.viij. Extat ⁊ liber altercationis amboruꝫ patres ſuas defendentiū ſatis conſpicuꝰ. Hic fuit in elemoſynis liberaliſſimus: Morit autē valentiani impatoris conſtantij filij tp̄e.

¶ De ſanctis Leoncio ⁊ ſocijs martyribus. Cap.xxxix.

LEoncius thyrſus et caloniꝰ martyres in ciuitate apollonia paſſi ſunt tempore decij ſub preſidibus cubericio ſiluano ⁊ bādo. Qui diuerſis tormētorū generibus excruciati. Demū primus ⁊ vltimus capitis abſciſione: mediꝰ celeſti voce vocatꝰ ſpm̄ reddiderunt. Sic que martyrium conſumauerunt.v.kalen. februarij in partibus grecie tumulati:vt dicit ado.

¶ De ſanctis papia ⁊ mauro mar. Cap.xl.

PApias et maurus martyres paſſi ſunt rome tp̄e diocletiani ⁊ maximiani imperatorū ſub laodicio vrbis prefecto. Qui cum eſſent milites videntes qualiter ſaturninus et ſiſinnius martyres ſtatuā iouis eream eiſdē a prefecto preſentatā: ſicut plumbū liquefactū contriuiſſent conuerſi ſunt ad dn̄m: et in pietatē laodicij redarguere ceperūt: qꝛ in xp̄i martyres ſeuiebat.